

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Unctio Manuum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Unctio Manuum.

Dum Sacerdos dicit: *Per istam sanctam Unctionem & suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.*

Spirans dic: O mi JESU, per tactum ego opus manuum tuarum scilicet animam meam & aliorum per has impias manus meas toties destruxi. Igitur humillime & ex toto corde contrito te deprecor per manum tuarum diram crucifixionem & extensionem, absterge omnes impuratum manum mearum ac carnis offensas, dele Chyrographum horum & omnium peccatorum meorum, & assige illud Crucis, ut absque impedimento ullo in momento separationis a corpore anima mea in dulces tuos amplexus ruat ute Spensi, Regis, Domini, Patris, Fratris, & omnibus titulis mei.

Unctio Pedum.

Dum Sacerdos denique dicit: *Per istam sanctam Unctionem & suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.*

Spira & dic: O mi JESU, quam doleo, quod toties deflexerim a via recta. Per dolorosam pedum tuorum fatigationem, dum per tres annos regiones percursans benefaciebas omnibus, dum Crucem portabas ad montem Calvariae, & ab uno ad locum alium dire raptabar ac trudebaris, per dirissimam SS. pedum tuorum trans-